numeris reperies. Sequitur autem ut si numero membri sit in eo numero nomen
situs habeat cuiusque membro commune nomen sit ut novenarum numeri
membrum internione est. eumque tres metiuntur.

Hos fas erit cursim numeros memorasse modosque:
Cetera cecropia sequum perhibere cathedras.
Si tamen ullus inest nostris superhabitus artis.
Aut ritu in veterem cultum replicantur abolla.
Me spatia admonuit iam claudere fatibus orsa.
Ne superum nostri capiant fastidia coetus.
Et veius astrigero pellar numeraria caelo.
Sic ait at reticens propriori adiuncta sorori.

MARTIANI MINNEI FELICIS CAPELLAE DE ARITHMETICA LIBER VII. EXPLICAT. INCIPIT LIBER VIII. DE ASTROLOGIA.

QVAE dum gerunt et de prius acer senatus illos numerorum concinentium
repugnantiumque admiratur anfractus. Ipsamque feminam quadam
venerabilis excellentiae celsitudine reverendam non ab superante supe
rum creditur recognoscit. Multitudo etiam quae ieiuna constiterat sapien
tum praesertimque pythagoras cum sectatoribus cunctis platoque timei sui
caligosa discriminans archana ipsam laudibus venerantur. Nuptiarumque
virginem saepius conspicabunda pallas quid super dotali eruditio
ne feminae comprobaret exquirit. explanitum admirantis sociantis.
Cillenius autem nullus magis alumnae splendore ac luculentia gloriat
huiusce feminae evehit granditate. Sic foebo dotali e alia dotalium
intromittere remorante. ne prioris proferat admiratio laberetur.
sacrum paululum fuit reverendumque silentium. Silenus interea iuvenum con
secutus pone victus atque adclinus astabat. seu marcore confectus
aetatis sive anxia. Inter doctae vocis miracula intentione compressus.
an alias poculis turgens. Tunc etiam nuptialis crateris nomine pro
lectatus inundantis se temeti infusione proluerat. Iam dudum
laxatus in somnos forte repente stertens iranae sonitu
desorbens increpuit. quo terrore et rapidulis sonitus raucitate
concussi eodem se quam plures convertere divi. sensusque prostratis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Universiteit Leiden
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Universitaire Bibliotheken Leiden
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/ublei_bpl36/0214